

Nota nūde conset corpus Ade. Fecit deus corpus Ade de octo partibus. Primo de limo terre factum est, inde caro eius. Secunda pars de mari, inde est sanguis eius. Tercia pars de sole, inde facti sunt oculi eius. Quarta pars de nubibus celi, inde sunt cogitationes eius. Quinta pars de vento, inde factus est flatu eius. Sexta, pars de lapidibus, inde ossa eius. Septima pars de spiritu sancto qui in homine positus est. Octava pars de luce mundi que interpretatur Christus, et non potest unusquisque homo fieri nisi de istis octo partibus, et si supradixerit de limo, sic erit piger, si de sole sic erit speciosus et formosus, si de nubibus sic erit levis et luxuriosus si de vento sic erit levis et iracundus, si de lapidibus, sic erit avarus, si de spiritu sancto sic erit castus et bonus in omni tempore, si de ~~tota~~ luce mundi sic electus in paradysum.